

EPITHALAMIA  
HENRICO STROBAND

VIRO

*Genere, Virtute, & Doctrina Nobili,*

HENRICI  
CONS. ET SCHOLARCHÆ

Reipub. Thorun. Primarij

FILIO

secundò celebranti nuptias

*Cum*

IVDITHA  
DN. HERMANNI BENCKENDORF

Senatoris Mariæburgensis

FILIA.

Nonis Vmbr. Anno MDCCIII.

*Consecrata*

Ab AMICIS congratulantibus.



THORVNII

EXCVDEBAT ANDREAS COTENIVS.

IN  
*Insignia Gentilicia*  
ANTIQUAE DOMVS  
STROBANDINÆ  
ex  
MARCHIA  
*oriunda.*



Rebus in adversis celsam duo Cornua mentem ;  
Nobile designat Cassis aperta genus ;  
Circulus est Virtus ; Gentes sunt foedera Nodi ;  
Doctrinae lumen sanguine tincta Rosa est ,  
Munificos animos duplices testantur Aristaë,  
Inq; gregem CHRISTI Principis, inq; Scholam.

*M. Caspar Frisus*  
*Thorunien. F.*



*Carmen dicolon distrophon ex  
puris Iambis.*



VI cohortis albicante profatum,  
DEAE & rotundæ amiculum,  
Quis, Ô STROBANDE, te neget, catissim  
Satu ecce nobilis cluis,  
Tholo reposita computans equestrium  
Vetusta signa imaginum,  
Ab inclyto nihil parente degener  
Auiti honoris amulo;  
Fore hanc qui inane phasma gloriam ratus,  
Satum esse stirpe nobili,  
Originisq; splendere lumine,  
Suâ ipse claritudine  
Nisi eniteret, atq; partâ adorcâ  
Suopte Marte fulgêret;  
Puertia vsq; serperastro ab ipsius  
Hyantidum affecla impiger,  
Laboribus nihil pepercit asperis,  
Præalta dum cacumina  
Biuerticis iugi occuparet, inclytus  
Honore victor arduo.  
Repertus inde dignus omnium fuit  
Torunâ in vrbe calculo,  
Cui daretur amplitudo fascium  
Verenda Consularium.

Sibi at perenne non modò hinc refert decus,  
Sed hoc decòri & est tibi.  
Decòri id esse crede, profator tibi  
Ei quòd obtigit modi,  
Auita qui inter Alpha nomina emicat,  
Sibiq; honorus & suis.  
Sed vt decus parens tibi est, ita es patri  
Reciproca decus vice.  
Tenerrimis & ipse quippe ab vnguibus  
Putri litare Murciae  
Abominatus, otioq; pertinax  
Vacare desidi, entheâ  
Amans polire pectus arte daëdalum,  
Id institisti in vnicum,  
Tibiq; iacta semper omnis alea est,  
Lapisq; motus omnis est,  
Vt amne delibutus Hippocrenio,  
Dapisq; literariae  
Satur, vetus recenti honoris augmine  
Perennius dares genus;  
Et hinc aculeo incitatus haud leui,  
Rudis solum Borussiae  
Laresq; deserens repente patrios,  
Domi manere pertinax,  
Nihil prius, nihil tibi vetustius,  
STROBANDE culte, duxeras,

Ad



Ad extera hinc Lyceā ferre quā grādum;  
Scholasq; visere Italas;  
Nouo inde literarum vt auctuario  
Reuersus ampliatioꝝ,  
Auita sydera inter ipse fulgeres  
Recens decensq; stellula.  
Sat hoc beatus esse quiueras BONO,  
Vicem & parentis & tuam,  
Vicemq; gentis & patritæ originis;  
Tibi sed ecce pluria  
Dî addidère; res tibi ampla suppetit;  
Nec impotenter expetis  
Deosue plura flagitas; amabilis  
Tori tibi inde particeps  
DEO annuente contigit, decentium  
Corona flosq; virginum;  
Nec ipsa egena, stirpis vt nec infimæ;  
Loco sed orta splendido;  
DEO auocante quæ licet diem suum  
Suum ante obiuerit diem;  
Leuamen ægritudinis tamen tibi  
( Vt omnis haud miser fores )  
Reliquit atq; lestuli te amabili  
Beauit antè pignore.  
Scelus perosa seculi huius vt prior  
Ad astra cessit ardua;

Tibi alteram ecce lege Matrimonij  
Dicat benigna Cypria  
Puellulam, à priore separem nihil,  
Parem immò dote qualibet;  
Celebritatis vndiquaq; splendidam  
Nitore & inclytam suæ;  
Decusue pulcritudinis quis æstimet,  
Gemella & astra luminum,  
Et oris elegantiam venustuli;  
Pio aut pudore gestuum  
Suauibusq; temperata moribus  
Fauisq; verba melleis;  
Genusue quis requirat atq; sanguinem?  
Vagi per Orbis ambitum  
Honora fama Banchodorphiûm volat,  
Poloq; sustulit caput.  
Plagas tamen potissimùm Allemanicas  
Sibi superba vendicat.  
Quod aula luculenta Brandeburgici  
Negat negare Principis;  
Ait sibi hoc & esse cognitissimum  
Schola illa ad Oderam sita.  
Parens & ipse quo heic loco sit; omnibus  
Satis superq; iam liquet.  
Quid ingenij insolente promptitudine,  
Labore quidue sedulo

idi T      A      Valeret,



Valeret, vrbe quondam & Arce muniã  
Abundè gesta comprobant.  
Parens tibi quòd ergo talis atq; ei  
Socer quòd obtigit modi;  
Bonis quòd ipse Mentis atq; Corporis  
Bonisq; Sortis affluis;  
Quòd omnibus tibi absoluta calculis  
Amat puella nubere,  
Iouis toro puella digna, dignius  
Iouisue si quid est toro;  
Quis albicante cortis esse profatum  
Aui, STROBANDE, te neget?  
Beatitate macte tantâ, & ô bonis  
Adaucte multifarijs,  
Tibi hæc beatitudo, Sponse, propria  
Sit hisce cum bonis precor.  
Bonisq; consule hæc tumultuariò  
Tibi exarata carmina.

MARTINVS STOBÆVS  
Senator Reipub. Mariab.



ALIVD.



Abitur alter ab hoc, reuolutis mensibus, annus:  
 Quo doctus Pæon cordis penetrabilibus imis  
 Suffixum vulnus vix dum solidârat: & ipse  
 Sponsus aulis atauitq; potens STROBANDVS ab igne

Cypridis immunis Musas recolebat amicas:  
 Inter & Aonias, Phœbo comitante, sorores  
 Sapius ibat ouans: & postquam hoc inuida Cypris  
 Viderat, hunc thalami sacratâ lege solutum:  
 Ecce novos meditata dolos, tempusq; nocendi  
 Nacta perangustum (voluit dum mente sagaci  
 Fotè Poëtarum libros: intentus vt almus  
 Iuppiter in gremium Danaës descenderat olim:  
 Quoûe modo Cygni formam mentitus & ora:)  
 Aligerum mittit puerum, qui spicula neruo  
 Torquet, & incautum superat, flammamq; ministrat:  
 Quæ sensus, STROBANDE, tuos populabat, & omne  
 Perreptans corpus maiora incendia fecit:  
 Non secus ac ramis extenta arteria cordis  
 Febriles glomerans obstructi visceris æstus,  
 Crura per atq; manus perq; artus distat hiantes:  
 Vistula nequicquam voluit restinguere flammâs:  
 Nec Tydicæus erat potis aut Podalirius alter  
 Quisquam: tantus erat succensus pectore somes.

Queritur Antidoton non doctâ Antenoris vrbe,  
 Nec quod doctus Arabs, vel tellus Medica mittat:  
 Vrbs Mariæburgum casti medicamen amoris  
 Exhibet, hoc flos est: rosæsi vident innuba floret  
 Virgo IVDITHA comis: & erit, qui talia demens  
 Pharmaca despiciat, nec tangat pollice florem?  
 Quem tamen haud ulli licuit captare Procorum.  
 Audin' vt ex omni dicat te parte beatum,  
 Clare STROBANDE, chorus Charitum, matresq; patresq;  
 Et dignum tali, Diuorum munere, Nympha?  
 BENCKENDORFFIADVM genus heic quis nescit in aulis,  
 Palladis inq; sacris dudum venerabile tectis?  
 Quis Sponsus, Sponseq; Patres, quos Marchica tellus  
 Protulit exortos antiquo è stemmate, quosq;



Publica Res magno, ceu lumina, fuit honore.

Ergo sub æquali coëant iam fœdere: & ambo

Accipiant sacrum quod promit pectore votum

Nostra Thalia, parum sacris intenta loquelis

Hactenus: Ad thalamum placidis Pax aduolet alis

Aurea: castus Amor, Timor omnipotentis IOVAE

Nunquam absint: procul hinc lis, iurgia, bella facessant:

Reg, domus crescat, thalamus quoq, prole: Valet.

IOANNES REICHIUS

Scabinus Mariaburg.

**R**orifluo Matuta diem Thaumantias axe  
Segnior Hesperio profert ex gurgite, & aurêæ  
Luciferi faculæ, tenebrofæ noctis ocelli,

Hinc procul ad fuscos portant sua lumina Mauros.

Eia age candidulis sperate Diespiter alis

Exere per cœli fugitantia sydera sudam

Et puram faciem, tardiq; ad lampada Phœbi

Cana pruinofæ deficca tempora frontis;

Ne rabidi vis cruda Noti; ne flumina ab alto

Decidua, & niueis tempestas horrida floccis:

Neu furtim indomita & varijs præfracta procellis

Proles Æolidum obscuris elapfa cauernis

Lucida Lucetij obtenebrent funalia Patris.

Eia age, quadrjngis qui climata sueta caballis,

Delic, Zodiacæ duodenaq; monstra coronæ

Multividis oculis & perpete luce pererras;

Ocyus ex rutilo radiantia spicula curru,

Tecta per, & tonsæ squallentia iugera terræ,

B

Fuman-

Fumantesq; lacus Nerëi, per tesca ferarum  
Inuia syluicolûm dextrâ iaculare coruscâ.

Eia age, de piceo resecatam stipite tadam  
Inspica, viuaq; faces ardescere flammâ  
Die fac, euge Hymen, procul hinc sub vertice collis  
Idaliÿ, ad thalami, & furtiuæ ludicra noctis  
Lumborum & tacitæ succensas gaudia luctæ.

Namq; iterum absterfis rubicundo â lumine guttis,  
Quas primæ excuffit mors immatura iugalis,

STROBANDO in penitis mouit noua bella medullis  
Imbellis Paphiæ pennato Pusio telo;

Atq; exesa graui sortis præcordia morfu

Fatalis recreat flammæ Venus Aëria busto.

STROBANDVS generis flos illibatus auiti,

Mancipium Charitum, collisq; biuerticis hares

Ex asse, aligeri quem viuo fonte caballi

Vngula Pierios fecit diffundere fluctus;

Quamuis prærapidæ sensit quoq; vulnera Parca

A latere avulsæ dum luget fata maritæ,

Ah sibi filioli vix notæ pignore TROSTES.

Nunc tamen explosis macilento ex pectore, edaci

Tristicie, luctu, fletu, marcere, dolore,

Indomitos iterum Nymphæ efferuescit in æstus;

(Dii meliorâ diuint, & recto examine binas

Æquali faciunt subsidere pondere lances;

Non huius vitæ videat finem ille, nec illa

Illius.



Illius, & vegetâ reuifciant ambo fenectâ )  
Ingenuâ Nymphæ; & licitis fumantia philtris  
Pectora, & infuso compescere vulnera melle  
Vult hodie, vt veteris vestigia nulla supersint  
Cladis, & obducto penitus sint mortua callo.

Eia age scite Senex cirros redimite sequaci  
Impexos hederâ, propero Talassio passu  
Aduolita, & serie longâ densâq; phalange  
Lætior ardentis te effunde ad limina Sponsæ,  
Illa etenim integræ é donis exulta iuuentæ,  
Virgo pudicitia IVDITHAE nomine tutrix,  
Benckendorffiacæ non vltima gloria famæ,  
Affectata pios inuesti pectore mores  
A teneris annis, studio deuota IEHOVAE  
Arfit inaudito; domiporta virgo, reiçq;  
Sedula curatrix priuatæ; proma recondens  
Condaçq; depromens largo penuaria cornu:  
Fabrica Mænalix Floræ genuina; parentum  
Dulciculum decus, & duris Spes cognita rebus.

Eia age vniuiræ per plura lustra jugales  
Felices animæ, similes sine nubibus orbi  
Aërio, & falsi germana propago Leporis,  
Quêis nunquam lacrumis stillantia lumina crebris  
Fœdauit mala fors; nec pullo impigra feretro  
A femore abripuit primum Libitina maritum:  
Dicite vota nouis cum plausu dicite Sponsis.

Vt sociam vitis varijs anfractibus vlmum  
Circinat, vt nexu frondis folia illigat alta  
Pampineo; vt firmis harefcit pendula vinclis  
Perpetuùm, infanæ donec vis improba brumæ  
Diuidijs vtramq; necat, furata calores  
Solis, & æstiuu viuaces aëris ignes:  
Sic vestra implicitis coniunctim colla lacertis  
Nectite, & Herculeo iuuenilia brachia nodo,  
O dulces animæ; sic corui fata trisecli  
Vel, pote si, decies vetuli superate Pelasgi  
Stamina, concordcs vnâ cum mente gemelli;  
Donec vos vitæ saturos, cum multa capillis  
Tempora canities rugosa asperferit albis,  
Vel Morta, aut melior Mortâ Parcaue minister  
Corporis ex vinclis fœdaq; hac carne solutos  
Transferat ad superûm exoptata palatia Regis.

Hespere nunc iterum faculis subnigrior aurêis  
Progredere, & fratris Latonia Luna caballos  
Pernox, præualido vinci ad præsepia loro.  
Ebrie, ceu quondam, cum veri Alcmena mariti  
Falsa sui specie pellex Iunonia facta est,  
Ad medijs tempus, Nocturne, quiesce diei,  
Elingui Gallo, tardeq; fluentibus horis;  
Sponsus vt interea primi delibet amoris  
Lilia, & in signum victæ victricia Sponsæ  
Serta reuersuro gestet muralia Phœbo.

Lusus



*Lusus ex picturâ IV DITHÆ.*

**Q**UO te præcipitem, STROBANDE, aut sæua libido  
Aut fors infelix in tua fata trahunt?  
Ut viden exerta tibi vim molitur ab harpe,  
Crinibus exitium Gorgoneisq; parat,  
Quæ tibi IV DITHÆ desponsa est nomine virgo?  
Ah fuge, causa mali est, Sponse, tibi ante fores.  
Falleris: ex facie potes id cognoscere purâ  
Virginis, haud trucibus quæ caperata minis,  
Non hæc signa notâ ignotâ referare necesse  
Esse, sed in roseis mella latere labris.  
Nam quod fulmineum dextrâ hinc hinc ventilet ensem,  
Lauâ barbati monstret & ora viri;  
Se probat exactos post iusti temporis annos,  
Succus ubi in membris plenior esse solet,  
Prendere connubij quod promptâ mente capistrum;  
Fortiter atq; sui colla tenere viri;  
Et ne fortè tibi defint quoq; pabula; neue  
Cogatur vacuo ventre subire torum;  
Stramina quod gladio aut seculâ concidere, & escam  
(Quid facit ecce fames?) inde parare velit;  
Ut cum completis se voluet mensibus annus,  
Denaq; vel Phœbes lux ubi plena redit;  
Pinguior enudet fartâ testudine venter,  
Sese auidam nimium contumulasse cibi.

*Boni Ominis Causâ*

**CHRISTOPHORVS MENCELIVS**

*Marieburg. Boruß.*





Siccine iucundā nobis Pater optimus horam  
 Inter rumorum murmura tanta refert?  
 Siccine squallētes, Bēckēdorffi bone, Musas  
 Tada tuæ Natæ non reticenda vocat?  
 Quā cum latari & sponsalem psallere honorem,  
 Eiurata licet sint propè metra, decet.  
 Ac licet amissis per iura potentia fati  
 Laticēns nunc sit multa dolenda dies,  
 Iratæ ob furias Noxæ, quæ tempora, mores  
 In nihilum properat vertere sæua bonos.  
 Offensi isthæc signa DEI grauiora minantis  
 Mox accursuris vulnera temporibus.  
 Nil etenim, quocunq; pius se vertat ocellus,  
 Nil est, quod latam spemq; animumq; ferat.  
 Vicinis etenim si spectem in moenibus vrbes,  
 Vndiq; bella, metus, vndiq; damna crepant.  
 Patria si in domibus quæram solatia nostris,  
 Nil nisi dissidium plaustra odiosa dabunt,  
 Iras atq; truces furias, non Andabatarum  
 Hac vel cæca magis vel mage ridicula  
 Olim pugna fuit; quæ nunc ita sauit, vt omnem  
 Vel præsens etiam medicina neget.  
 Hæc vbi spermologi faciunt exordia mystæ,  
 Non aliud certè cuditur artis opus,

Quam



Quam vt cæcæ mentes rerum & cœlestium inanes

Ex se præcipites cum ratione ruant,

Vixq; aliud quam odisse sciant, iraq; feroci

Compagem firmæ soluere amicitia,

Scilicet hoc zeli studium est & religionis

Terminus Augustis luxurians titulis.

At quid ego hæc? aliud cupienti effarier, imo

Qui latet affectus corde, quid indiderat.

Tu modò, Mecenas, sæpè his exercite curis,

Quæ sunt terrenæ prosperitatis opes,

Tristitiæ oblitus veteris te ad iubila verte,

Et te & præsentis iubila digna die.

Te socerum lux hæc & prima & fausta salutat,

Ac clarum claro stemmate stemma beat.

Quippè coruscantes luci lux addita fibras

Auget, splendidiorq; ignis ab igne venit.

Causa bonæ mentis prompta est, ratioq; locusq;

Optatam cogunt vndiq; laticiam.

Congaudet cernis proles STROBANDIA claris

Inclyta auis, magno & Consule clara Patre,

Et virtute simul decorata & laudibus, olim

Atq; domi atq; foris nobilitata satis.

Hoc gentis decus atq; isthæc præconia grandi

Illustrat thalami dote pudica Venus,

IUDITHAMq; dat in foedus sociale, Dianam,

Si mihi quid fas est fingere Christicolam.

Et


**Et generum focer, & focerum gener inclytus æquat,**  
Et Sponsis dotes mentis vtrinq; pares.  
Sic difforme nihil pia per connubia summus  
Artifici voluit condere Iovæ manu.  
Si modò præcocibus humani sensibus absint  
Errores, multi causa petita mali.  
Sapè etenim ratio vel stulta aut cæca renidet  
Diuinis planè subdier imperijs,  
Ac sese in gyros necit, solamq; salutem  
Pendere ex vnâ vel malè iurat anu,  
Irarum & Pluti seruâ, gens Ethnica qualem  
Strigofas olim rettulit ad Furias.  
Vnde domo in tali mox femina prima duelli  
Intestini aderunt & doli & inuidiâ.  
Ipsa Lauerna suo nec cessat munere, ne quid  
Desit in inceptis ad mala summa malis.  
Prodite, inquit Amor furax, latuistis in arcâ  
Quotquot captiui, huc ite, venite viri.  
Non vos Pannonia aut generosa Polonia tali  
Esse olim voluit subdita mancipio.  
Talis vbi aut precibus vel vi vexatio facta est,  
Et sunt furtivæ reddita lytra Deæ,  
Incipit omnis amor tetrico post talia vultu  
Cum lachrymis sese perdere ludibria,  
Horrida tum maledicta tonant per vulnera, mortes,  
Perq; ipsas Stygij mille Acherontis aquas.

Quæritur



Quæritur inde loquax Jurisconsultus, abufas  
 Qui postliminiò reddere tentet opes.  
 Frustra. At litigij finis stultescere vtrinque,  
 Et se ac diuitias perdere sæpè fuit.  
 O me non eadem imprudentem infania, technis  
 Quas nuper tali struxerat arte, premat.  
 Sunt exempla boni Generi & Nymphæ bonæ, ad ipsos  
 Nunc oculos iterum fixa imitanda meos,  
 Nubere nempe pari; sic me nec tædia fallent,  
 Audiet & nostras mors benè fera preces.  
 Accidet hoc ipsum, benè si mens augurat, olim  
 Sponsis omne, DEO cœpta iuuante, nouis:  
 Sic pars magna mei tibi, Patrone optime, voti  
 Grata senectutis lustra futura dicat;  
 Sic tibi blanda breuî lallantis dextra nepotis  
 Non inimica suo verberè ad ora volet;  
 Sic hilaret iucunda tuos iniuria canos,  
 Et famæ accrescant semina sancta tuæ.  
 Hæc pia nata patri tibi, & hæc solennia matri  
 Nunc mecum assiduâ cum prece vota facit.  
 His te, fortè meo ne sim sermone molestus,  
 Et saluere, diu & Musa valere iubet.





A L I V D.

**D**iras petisti, scribere vt impiger  
Non extimerem nuper in intimo  
Ludentis amplexu IVDITHAE,  
Materiam tibi gratulandi,  
Cum postulare; scilicet omnia  
Hic plena diris atq; periculis  
Minisq; probrosis videbas  
Vnius ob petulantis hydræ  
Tetros furores; sic ratus omine  
Argutiori fila per ipsamet  
Esse imprecandum, fortè cunctis  
Si qua forent malesuada damnis,  
STROBANDI clari gloria nominis  
Præfens auiti, non mea me Schola  
Nec Musa, me tales facetas  
Battologasue iocationes  
Furoris ignara, hac docuit tenus  
Et Cerberi nunc nostri vlulatus  
Auditor inter tam proteruam  
Esse pudetq; pigetq; turbam,  
At deprecari fascina nuptijs  
Aduersa semper si tamen allubet,  
Et quicquid infestum esse suevit  
Auspicijs thalami pudicis;

Optabo



Optabo id vñum, ( serio enim & ioco  
Quodcunq; verum sentio, proloquar )  
    Vt Nympha Benckendorffiana  
        Te proprijs benè salua semper  
Seruet tenacem protinus ædibus  
Regnisue opimis; nec ferat amplius  
    Quasi hîc caballos præstinatum.  
    Tertia sic reducem quadriga.  
Tulisse binas hinc Veneres tibi  
Sat esto quæso; vcl Iovis Ethnicas  
    Ob hosce nos lusus rapaces  
        Multiplici repetemus arte,  
Votisq; plagas; nil aliud mali  
Si non malum hoc est, comprecor inclyte  
    STROBANDE, cum Sponsâ IVDITHA  
        Et tibi coniugioq; vestro.  
Eamse gratam sospitet & beet  
Exclusionem ter sacra Faustitas,  
    Vt prosperatas hæcce diras  
        Innumeri referant nepotes.

*Balthasar Pancratius Lud.  
Mariæburg. Rector.*



C ij

ALIVD,

A L I V D.



XIguum concede mihi, mea Musa, la-  
 (borem,  
 Dum cantanda nouis sunt debita Carmi-  
 (na Sponsis;  
 Sponsis & famâ, & celebri prælustribus ortu.  
 Fallor? an ipsa negas venam mihi? paupere ductu  
 Quæ fluit & tenuis decurrit murmure riuu.  
 Sunt alij, fateor, placido quos lumine Phœbus  
 Aspicit, & largâ propinat pocula dextrâ,  
 Pocula Castalij de fontibus hausta fluenti,  
 Carmina grandifono qui non vulgaria plectro  
 Deducunt, nec reperere humi molli pede nôrunt.  
 Ast age, rumpe moras, nocuit tacuisse quibusdam,  
 Magnorumq; virum non audiuisse loquelis.  
 Naturæ ductu iuuenesq; viriq; feruntur  
 Ad tua castra, Venus, velut ad potumq; cibumq;  
 Namq; vt uiuat homo potus facit vsus & escæ;  
 Vt semper uiuat thalami facit vsus, at ille  
 Num vagus idcirco? non est, sed more modoq;  
 Quem ratio nobis nouit præscribere recta,  
 Quemq; DE I summi dictat sacra pagina, fiat.  
 Hinc igitur melior Natura Deusq; requirunt,  
 Mens vna vnus semper quò flagret amoris  
Astu, quisq; sibi & raptam de corpore costam

Sollicitè



Sollicitè vt quarat, teneat, foueatq; per omne  
Tempus, in aduersis rebus pariterq; secundis.  
Fallor: an ipsa DEI & naturæ iussa sequuntur  
Tramite legitimo duo viuida corcula Sponsus  
Sponsaq;: sed quales genere & virtute: peritus  
Ciuilis Sophies, linguarum munere pollet  
Multorum ac morum STROBANDVS; patre vel ipso  
Sat clarus; summas qui nunc moderatur habenas  
Vrbis Torunij; queis sancta Modestia vita,  
Queis jus, queis pietas, queis Christi Ecclesia cordi est,  
Sideribusq; alijs, queis Prussia foeta superbit,  
Ille accensetur, sicut nitidissimus ortu  
Orion humeris, Zonâ, pede fulget is inter  
Illa, suis meritis notescens omnibus oris.  
Sed neq; posterior genitoris laude, nec vlli  
Virtute egregiâ Majorum indigne tuorum  
O Sponse; ipse etiam clari patris ornamentum  
Dum dignum tanto præstas te stemmate, teq;  
Vndiq; virtutum decerptis floribus ornas.

Nec minor, ô Sponsa, est tua virtus; tanta sed illa  
Vt potis haud fuerit non inclarescere Sponso  
Præstanti; Philtro sicut (res mirima dictu)  
Ereptum reliquis Nymphis sed traxerit ad se.  
Nam tua vah pietas, probitas vah quanta? pudoris  
Quàm casti studiosa fies procul enitet ore,  
Ac roseis residens Pêitho mellita labellis

Testatur satis; ipsa Venus Iunoq; venusta  
Attribuere tibi perpulchri corporis omnem  
Formam, sat lepidos mores speciemq; decoram;  
Quanta oculis possit jecorive infundere amorem;  
Vnde tuum ducas genus, & qua laude parentes  
Clarescant, alijs isthac memoranda relinquo;  
Hoc tantum; ecce tuus, decus est ac fama suorum  
Officij, pietate volans, virtute fideq;  
Antiqua genitor diuturna luce fruisci  
Dignus ob id solum, fama q; superstiti dignus;  
Sis ergo similis, tua Sponsa hac, Sponse, nitescit  
Splendoris radijs, hac digna per omnia amore  
Complexuq; tuo fuit, hac diadema perenne  
Coniux fida tibi, forma formosaq; coniux  
Hacq; vigor cordis, decus, & Crystallus vt esset,  
Sola tibi placuit, placuisti tuq; vicissim  
Dotibus innumeris, constanti vt solus amore  
Semper amareris; Foelicia licia vita  
Iova nouae vobis donet modo, crescat in horas  
Vester amor, quantum rediuiuo gramine flores  
Vere nouo crescunt, Concordia corda perenni  
Consociet; nodus non ille solubilis esto  
Sed lento e ferro indomitoq; adamante ligatus,  
Firmius aut si quid ferro atq; adamante repertum est,  
Prole torus vigeat, ludatq; STROBANDVLVS olim  
Parvulus ante pedes, infantis more, Parentis;

Ludat



Ludat & in gremio resupina IVDITHVLA matris  
Et molli discat genitricem agnoscere visu.  
Quod restat, summa huc redeat votiꝫ precumꝫ,  
Multijugis florete bonis, quæ nescia finis  
Æternum durent; vestroꝫ fovete favore  
Meꝫ measꝫ, ô par Sponsorum nobile, Musas.

*Martinus Benckendorff*  
*Crosn.*



Eiusdem in quibus rebus I v r i u r i a n t i s  
 He m o l l i t a t e g a m m o r a n g n o s t r o v i n o  
 Q u o d r e t e t i n t a h u e r e d e t v o l u p t a t u m  
 I n t a m e n t e d e b e n t d u r a n t e m  
 A r t e m d e t e n t : d e t e n t e m d e t e n t  
 M a g n a m e t e r e d e m d e t e n t h o l l e m  
 E t d e t e n t d e t e n t d e t e n t

